

## EXPERIMENTVM VI.

**Q**vando Vesicam urinariam adhuc calentem invertimus, eidemque aqvam tepidam infundimus, tunc aqvam satis copiose per poros prodire videmus. Idem observamus, si vesicae urinariae in statu naturali relictae sal quoddam immittimus, ipsamque orificio probe munito immergimus in ollam aqua calida repletam, tunc aqua se in eandem insinuat, salque contentum dissolvit. Antliae etiam Pnevmaeicae secundum artem ope cylindri aenei applicata talis vesica, peracta Antliae suctione, affusam aqvam instar cribri transmittit.

## EXPOSITIO.

**A**tque ita novas quasdam vias urinarias praeter notas, nec quaerere, nec expectare forte debemus. Potest enim materiam potulentorum in nimia copia ingurgitatorum canalis alimenterum exsudare, quae deinceps in porosam Vesicae urinariae substantiam, forsitan hunc in finem in duplicaturam Peritonaei reconditam penetrat, et urinae proventum promovet. Atque adeo urina sanguinis ex sanguine per renes et ureteres ad vesicam derivatur urinariam, potulentorum vero dicto modo ex stomacho et intestinis perpetuo madidis, imprimis in largiori potatione ad eandem confluit.

T A N T V M !

Coll. diss. A. 194. misc. 9